Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

marte dic

Sudavit clipeis ancilibus. o pater urbis.

Unde nefas tantum latiis pastoribus. unde

Hec tetigit gradive tuos urtica nepotes.

Traditur ecce viro clarus genere atque opibus vir.

Nec galeam quassas. nec terram cuspide pulsas.

Nec quereris patri. vade ergo & cede severi

Iugeribus campi quem negligis. officium cras.

Primo sole mihi peragendum in valle quirini.

Que causa officii. quid queris. nubit amicus.

Nec multos adhibet. liceat modo vivere. fient

Fient ista palam. cupient et in acta referri.

Interea tormentum ingens nubentibus heret.

Quod nequeunt parere. et partu retinere maritos.

Sed melius quod nil animis in corpora iuris.

Natura indulget. steriles morientur. & illis.

Turgida non prodest condita pyxide lyde.

Non prodest agili palmas prebere luperco.

Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina gracci.

Lustravitque fuga mediam gladiator harenam.

Et capitolinis generosior. et marcellis.

Et catulis. paulisque minoribus. & fabiis. et.

Omnibus ad podium spectantibus. his licet ipsum.

Admoveas. cuius tunc munere retia misit.

Esse aliquos manes. et subterranea regna.

Et contum. et stigio ranas in gurgite nigras.

Atque una transire vadum tot milia cymba.

Nec pueri credunt. nisi qui nondum ere lavantur.

Sed tu vera puta. curtius quid sentit. et ambo.

Scipiade. quid fabricius. manesque camilli.

Quid cremere legio. et cannis consumpta iuventus.

Tot bellorum anime. quotiens hinc talis ad illos.

Umbra venit. cuperent lustrari. si qua daretur.

Sulphura cum tedis. et si foret humida laurus.

[Interlinear glosses: romanis ducibus; corrupit o; pruritia libidinis; cornicio; murmuras iovi; recede; ubi fiunt comitia; ideo ire debeo; hystorias; percussiones; circuivit; orbe; neronis; o sul; fortes; navi; unde]

[Right margin glosses:]

Pertis quod faciunt indignantes

Poeta introducit amicum cum gracco loquentem

Rufus loquitur qui et antea

gracco et cornicini

non secundum voluntatem suam pariunt.

loro luperci

tunica gladiatoris indutus.

Fuscina est tridens

qui retiarius fuit

pero.

nobiles romani

[Left margin glosses:]

Respondet cui locutus est.

Ferunt physici quod mulier que sterilis est possit concipere si pyxide inclusam araneam gestet in sinu.

Ad podium expectabant nobiles imperatorem donec procederent

o lector